



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L[e]c[ti]o ij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

factum vterum tuum de spiri-  
tu sancto credimus impregna-  
tum erubescat iudeus infelix  
qui dicit christum de ioseph  
semine esse natum. Dum ego  
**N**ouem esse angelorum. **Lectio ij.**  
ordines archangelorumque ag-  
mina ad dei iudicia ac mini-  
steria complenda restante sa-  
cro eloquio cognouimus quo-  
rum principatus mirabiliter  
omnipotentis nutu distinguitur  
Quibus a primordio incipien-  
tis vite beatorum spirituum  
distinctionibus signa celorum  
regna a deo conditore imper-  
petuum mirabiliter colloca-  
ta subsistunt. His omnibus do-  
dilectis angelorum ordinibus  
huius diei solennitatem credi-  
mus esse consecratam. Tu autem.  
**R.** De sanctum dominum ut s i  
i. vespis Michaelis. **Lectio iij.**  
**N**on solum autem angelorum  
spiritibus verumetiam sanctis  
omnibus qui in terra sunt ab ex-  
ordio mundi procreati hono-  
rabiliter hodierna diei festiui-  
tas dedicata consistit. Equi-  
bus primi fuerunt patriarche  
viri religiosi patres propheta-  
rum et apostolorum quorum me-  
moriam non derelinquetur in e-  
ternum. Hos sequitur electio  
prophetarum quorum quasi be-  
atus iohannes baptista qui eo-  
dem angelo quo christus de-  
nunciante conceptus est pma

tuz tenet. Huic athlete si ele-  
ctio concordat duoden? apo-  
stolorum numerus qui a pmi  
miraculorum virtutibus ad co-  
ponendum noue fidei funda-  
mentum erigendumque adhuc  
tenere statum ecclesie prouide-  
tia diuina ex omnibus quos ca-  
piebat mundus elegit. Tu autem  
**R.** Qui sunt hi qui vt nubes  
volant. et quasi columbe ad fe-  
nestras suas. **R.** Dorsa eorum  
plena sunt oculis et scintille ac  
lampades in medio discurren-  
tes. Et qua. Glo. Et. **In secun-**  
**do nocturno. an.** Dne qui opa s-  
ti sunt iusticiam habitabunt i-  
tabernaculo tuo et requiescent  
in monte sancto tuo. **ps.** Do-  
mine quis habitabit. **Ant.**  
Hec est generatio querentium  
dominum querentium facies  
dei iacob. **ps.** Dni est terra.  
**An.** Letamini in domino et  
exultate iusti et gloriamini om-  
nes recti corde. **ps.** Bti quor-  
**R.** Iustorum aie. **Lectio quarta**  
**N**is subiectus est triumphas  
le martyrum nomen qui p di-  
uersa tormentorum genera christi  
passionem non lacescentibus  
precordiorum mentibus imita-  
bantur. Alii ferro perempti.  
Alii flammis exusti. alii flagris  
verberati. alii vectibus pfora-  
ti. alii cruciati patibulo. alii pe-  
lagi periculo precipitati. alii  
vivi excoiati. alii trancati ma-  
A ij